

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: Udrag fra . - [1968]

Citation: Worm, Jacob: ". - [1968]", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 216. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677732580432/facsimile.pdf> (tilgået 20. april 2024)

Anvendt udgave: . - [1968]

Juda Hakadosch, et Rabbi Levi Ben Gerson) sed in liberis
 534 conficiendis more Pontificum desudant, ad quod naturæ
 opus si vel propria vires non suffecerint, vel Radix Satyr-
 537 ionis perditas restaurare non voluerit, certè tamen non
 defuturi sunt Collegæ, Parastata, σύνοδοι, Coadjutores
 et symmistæ in Cathedra domestica clandestinas suppetias
 allaturi.

540 Thesis XXII.
 Sed de Instantiam: Nonne Rabbini Studiosos in Consi-
 storio judicant, mulctant, increpant, carceri mancipant?
 543 Nonne Attestationes rudiioribus vendunt, ac Dimissiones
 habent venales? Nonne Cives gladio (quò tamen agonizan-
 tem patriam defendere satagerunt) satis fastuosè exuunt?
 546 Nonne ob πολυτελευμοσίην vacuis relictis Rostris Aca-
 demicis in Comitia et Politica Idola avolant? Nonne cibo
 549 putrido et corrupto miserorum Civium ventriculos in
 Communitate (ut vocant) effarciendos curant, aurò OËco-
 nomi ipsi corrupti? Hinc cum variis morborum generibus
 conflictari coguntur miseri Studiosi: Nonne Titulos Aca-
 552 demicos deponere gestiunt, et adscititios quosdam alios
 Politicam dignitatem olentes eligere amant? Resp: Concedo
 totum Argumentum! Tuum autem est, Lector, lugere,
 555 Prophetas in mulos esse conversos, Angelos lucis per Sty-
 giam Metamorphosin in larvatas Sathianæ formas non tam
 esse transformatos, quam transsubstantiatos. Monitos
 558 itaque velim omnes ac singulos, ut ad meliorem frugem
 redacti prius respiscant, quam illuxerit extremus mundi
 flammis exurendi.

561 FINIS.